GLORIA BEATI ROBERTI DE ARBRISSELLO, ORDINIS FONTIS-EBRALDI...

Honorat Nicquet, Jean Chavalier

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
37 A
10

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

70.5.27
85
D
41

Intellexit Vrbanus PP. II. quòd Spiritus S.tus os ejus aperuerit. Baldr. in vita B. Robertj.

S. ROBERTVS DE ARBRISSELLO
FVNDATOR ORDINIS FONTIS EBRALDI,
CONCIONATOR APOSTOLICVS.

J. Seguenot. fecit.

GLORIA BEATI

ROBERTI

DE ARBRISSELLO,

ORDINIS FONTIS-EBRALDI

FVNDATORIS.

Auctore honorato Nicqueto Soci. Jesu.

SIVE

VITÆ EPITOME,

VIRTVTES, ELOGIA.

Biblio. Coll. Sor. Secretæ Rom Jesu

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

FLEXIÆ

Typis GEORGII GRIVEAV,
Typographi Regij.

M. DC. XLVII.

GLORIA BEATI

ROBERTI

ORDINIS

FONTIS-EBRALDI

FVNDATORIS.

BIBLIOTECA ROMA

BEATI ROBERTI vitam ſcripſit Baldricus Dolenſium Epiſcopus in Minori Britanniâ, & Frater Andreas Ordinis Fontis-Ebraldi Sacerdos. Commen-

darunt eius sanctitudinem summi Pontifices, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Historici, variiq; scriptores; quâ sit in existimatione sanctitatis, testatur qui sacris reliquijs habetur honor, & veneratio; testantur etiam Miracula.

VITÆ EPITOME.

BEATO ROBERTO *patria fuit Armorica, seu minor Britannia; cognomen* D'ARBRISSEL, *ab oppido in quo primùm lucem vidit circa annum 1047. Parisij, Academia; in quâ nobilioribus dis-*

ciplinis excultus, ac Doctoris Theologi insignia consecutus, à Syluestro Episcopo Redonas euocatur. Hîc Officialis, & Vicarij munus suscipit; ac Zelo incredibili Diœcesim vitijs expurgat. Mortuo Syluestro Andegauum concedit; sacras Literas docet, ipse sublimioris Theologiæ, quâ non de Deo, sed cum Deo loquimur, mirè deditus. Tandem in Syluam Credonensem se abdit, quò liberiùs Deo fruatur, solitas iam carnis asperitates nouis asperitatibus cumulaturus, crudelissimus sui carni-

fex ; noui instar Joannis, aduentantes ad se populorum turbas verbo Dei mirabiliter pascit ; ei se adiungunt non pauci ; quibus ipse Ecclesiam & Abbatiam Beatæ MARIÆ *de Rotâ à fundamentis erigit, Abbásque præficitur. Famâ sanctitatis eius permotus Vrbanus Secundus qui tùm Andegauum venerat, concionem coram se habere iubet, videturq; CHRISTI Vicario Spiritus Sanctus* ROBERTI *per os loqui ; è vestigio ab Apostolico Prædicator Apostolicus instituitur. Nouâ dignitate*

auctus Robertvs *nudis pedibus Galliam peragrat, seminator verborum, messor morum. Quot peccatores, quótve peccatrices à vitiorum cœno euocauerit, quis dicendo assequi possit? Verba tonitru, vita fulgur. Tanta porrò Virum Dei, quocunque pergeret, vtriusque sexus, & cuiusque conditionis & ætatis pœnitentium, Deúmque inquirentiũ consequebatur multitudo: vt totus propemodùm post eum mundus abire videretur. Ergò in loco, cui nomen ab antiquo Fons-Ebraldi, in Andegauo-*

rum Prouinciâ, & Diœcesi Pictauensi tandem consistit, in eóque deserto Sanctimoniales tantâ copiâ diuersis Gynæceis includit: vt nascentis celeberrimi huius Cœnobij testis oculatus, vt ipse refert, Sugerius Sancti Dionysij Abbas ad Eugenium Tertium Summum Pontificem scribat, tantum tantæ Religionis locum ferè vsque ad quatuor aut quinque millia Sanctimonialium iam excreuisse. Sua Virginibus, sua Pœnitentibus, Infirmis sua, sua Leprosis domicilia modico distinguit interuallo.

uallo. In locis remotioribus proprias domos exadificat Sacerdotibus ac Laïcis, quos secum omnes Religiosis Ancillarum CHRISTI *obsequijs addicit. Paschalis Secundus nouum Ordinem approbat vnâ & alterâ Bullâ: at amplissimè Calixtus Secundus anno 1119. Ordinem regit & moderatur homo Dei, sine Abbatis nomine; At quem Ordinem? Ab ipsa infantia, Beatissimæ Virginis cultui addictissimus* ROBERTVS, *eidem Sanctissimæ Virgini Ordinem nouo inaugurat instituto. Ma-*

ternitatis dignitatem, quæ Diuinitatis confinium est, in sanctissima Matre sua honorauit CHRISTVS; *Matri seruiuit, ipse matris suæ parens; iam morti proximus, Ioanni dilecto Discipulo vicarias sui partes mandauit cùm dixit; Ecce mater tua; eúmque vt filium suæ matri commendauit, cùm ait, Mulier ecce filius tuus: tùm vir fœminæ subditus fuit, Ioannes Mariæ; atque ex eo tempore accepit eam Discipulus in sua, vt ei* CHRISTI *loco seruiret, & maternitatis dignitatem veneraretur, atque*

obsequijs prosequeretur. ROBERTVS *diuina luce illustratus, Ordini suo, vt prototypon, augustissimum hoc Mysterium ad imitandum proposuit, Religiosa adumbrandum disciplina. Quam Fontis-Ebraldi Cœnobio totique Congregationi præfecit Antistitam, ab eiusdem Congregationis viris coli voluit & audiri, vt à filijs Matrem, à Ioanne Mariam, ab eadémque Antistitâ ipsos diligi voluit, vt à matre filios, à Virgine Ioannem. Hanc* ROBERTI *mẽtem fuisse definiunt motu proprio Sum-*

mi Pontifices: atque ipsemet Ordinis Fundator opere potẽs & sermone, PETRONILLÆ primæ Abbatissæ se subdidit, Obedientiæ regulam exemplo suo filijs suis relicturus. Plenus dierum, Vrsani, quod vnum est è Monasterijs Ordinis in Diœcesi Bituricensi, sanctissimè moritur anno LXIX. quo die Sanctus Matthias Apostolorum Collegio adscriptus. Mortem longè antè, & præsenserat, & præuenerat, rebus omnibus, imo & sibi mortuus: aliquot diebus cum morbo colluctatus, sacro Do-

minici corporis epulo refectus, ac praeuiâ peccatorum suorum Exomologesi etiam publicâ: paulo antequàm beatum spiritum Deo redderet, conspectam Dæmonum turbam fide armatus Crucis signo fugauit. Corpus in Fontis-Ebraldi Monasterium magno cum apparatu portatum prosequutus est Leodegarius Archiepiscopus Bituricensis. Obuiam sacris reliquijs ierunt Fulco Comes Andegauorum, Radulphus Turonensis Archiepiscopus, Raginaldus Episcopus Andegauensis, Abbates multi,

innumeri Sacerdotes cum infinitâ populi multitudine. Cor Ursani retentum, vbi honorificâ inclusum est pyramide. Ara quæ proxima est, Ara Sancti Cordis appellatur.

Virtute vixit ROBERTVS, *nunc gloriâ: illius hæc præmium est; vtriusque indicium, quibus coruscat in terris miracula.*

VIRTVTES.

NE quid forte apud Lectorem de Beati ROBERTI *sanctitatis fide decedat, quæ in eo mirabiles extitere virtu-*

tes, hîc non alijs, quàm Baldrici, & Andreæ verbis recenſendas arbitror. Ex pluribus præcipuas ſelegi; ac primùm quàm ab tenerâ pueritiâ minimè puer fuerit, audiendus Baldricus.

Inter Conſcholares quandam modificatæ ſeueritatis maieſtatem prætendebat; ab ipſa pueritia maturis moribus inoleſcere cœpit; non enim, vt aſſolet iuuenilis ætatis ſequebatur laſciuiam, ſed nitidam prout poterat ample-xabatur caſtimoniam, & intrinſecùs diligebat munditiem. Fauorales ſiquidem in omni vitâ deſpexit nugas: & quaſi venenum omne blandiloquium aſpernatus eſt.

MORTIFICATIO.

„ DESTINANS carnis illecebras
„ austerius domare, subtus ad
„ carnem indutus est loricam, qua ve-
„ ste duobus vsus est annis, antequàm
„ ad Eremum processerit. Ad Eremum
„ quippe postea processit: seque totum
„ contemplationi dedicauit. In bien-
„ nio autem quo illâ ferrugineâ loricâ
„ carnem domabat, imo damnabat,
„ delicatis desuper tegebatur pannis,
„ oculis & fauori hominum se occul-
„ tans, conspectui verò Dei se dunta-
„ xat manifestans. Cibis interdum sa-
„ ris & vilibus vtebatur, & interdum
„ vigilijs occupabatur. In Eremo au-
„ tem quantis immanitatibus in se to-
„ tus sæuierit, quot & quantis cruci-
„ bus se ipse mactauerit, quàm diris
„ concussionibus sese extenuauerit,
„ quis dignè recenseat? Lectisternium,
„ præter humum, vix norat: quidam
intrin-

intrinsecus in eo erat conflictus „
quidam mentis rugitus, quidam pe- „
netralium singultus quem autumare „
posses crudelem & impium ; litiga- „
bat eiulatu incomparabili cum Deo „
& totum se vouebat pro sacrificio ; „
curam carnis facere cauebat in desi- „
derijs. Ieiunia sæpe continuauit, mem- „
bra sua diuturnâ macerauit inediâ, „
tunicas & saccum asperiores indue- „
bat ; nudis semper pedibus incede- „
bat. Legerat vir benignus, Bonum „
est carnem non manducare : & ideo „
voluit se & suam familiam à tali edu- „
lio pro amore Dei abstinere. „

DEVOTIO.

Missarvm celebrationibus „
cum totâ deuotione singultuo- „
sus instabat. In omnibus agendis „
Deum ante oculos habebat, cuius „
quanta apud Deum familiaritas fue- „
rit, exprimere gestimus, sed sufficien- „

„ter non possumus. Cuius putas ca-
„lamus ROBERTVM ad vnguem ex-
„plicabit, cuius mens, cuius conscien-
„tia, cuius animus Deo semper ad-
„hæsit?

„Paulò antequàm è viuis excede-
„ret, in Monasterio Altæ-Brugeriæ
„per aliquod tempus constitit; ibi
„Natiuitatem Dominicam celebrauit,
„in ieiunijs assiduus & orationibus, in
„lectione insatiabilis, pernox in vigi-
„lijs, superabundus in lacrymis, in
„doctrina admirabilis; quot modis
„semet pro Deo in ara cordis immo-
„lauerit, vel quem fructum in domo-
„sticis suis, siue in confluentibus ad
„eum turbis Domino acquisierit, nunc
„vsque, vt reor, cæteris mortalibus
„manet incognitum.

HVMILITAS.

„NOVERAT quàm vilis tunica
„contemptum mundi demon-

strat: & ob hanc causam & se &
suos sibi subditos vilioribus indumen-
tis vestiri volebat. Dicebat enim
nobis, illa vestimenta omnibus Re-
ligiosis posse sufficere, quæ frigus
humanæ fragilitatis possent expelle-
re, non quæ corpus quandoque mo-
riturum possent ornare. In vltima
ægritudine allato ad eum Corpore
Dominico cœpit cum internis gemi-
tibus atque profundis suspirijs gra-
tuitam misericordiam ab eo petere,
seque inutilem seruum dicere, & in
cunctis operibus suis se accusare: se
seruum inutilem fuisse per omnia
plangebat eiulando.

Iam dixi quòd in eadem vltima ægritudine semper alta voce peccata confessus est. Sed quid hîc in explicanda summa eius animi demissione immo-

randum est? In alijs laudatur Humilitatis exercitium, in ROBERTO *mirabile est vitæ humilis Institutum. Famâ & meritis illustrissimus ille* ROBERTVS, *Predicator Apostolicus, Abbas Canonicorum Sancti Augustini, vno verbo,* ROBERTVS *tot Elogijs apud Scriptores clarissimus, vt paulò post videbimus,* PETRONILLÆ *se subdidit Ordinis Fundator, & in eodem Ordine subditus. Audiendus ipse apud Andream.*

„ Scitis, DILECTISSIMI MEI, quòd
„ quidquid in mundo ædificaui, ad opus

Sanctimonialium nostrarum feci „
eisq; potestatem omnium facultatum „
mearum præbui, & quod his maius „
est, & me & meos Discipulos pro „
animarum nostrarum salute, earum „
seruitio submisi. „

AMOR DEI.

NIHIL quod irreligionis esset, „
scienter admittebat. Eius anima „
in sancta Religione duntaxat erat sol- „
licita. In omnibus agendis Deum „
ante oculos habebat. Tempora suc- „
cesserunt temporibus, nec vnquam „
à pacto quod cum Deo pepigerat, „
refrixit ROBERTVS, semper in a- „
more Dei feruidior, semper recens, „
semper deuotior. Eius quodlibet „
colloquium, moralis ædificatio erat; „
nam quidquid dicebat, Deum sa- „
piebat. „

AMOR PROXIMI.

„NVLLVM vnquam exasperauit „molestiâ; omnibus omnia erat, „pœnitentibus lenis, austerus vitiosis, „lugentibus blandus, & facilis, bacu„lus senum, & vacillantium; oculo „madidus, pectore gemebundus. Nul„lum siquidem remittebat errabun„dum, sed in sinu suo fouebat collo„catum. Peccati desertores affectu „paterno consolabatur. Suscipiebant „pauperes, ac debiles non repelle„bant: (Sermo hîc est de ijs qui „Fontebraldi congregati, ROBERTI „præceptis instituebantur) nec Lepro„sos, nec impotentes refutabant. Le„prosis etenim & suas mansiunculas & „Monachalia Claustra construxit; & „vnde singuli alerentur, Magister Ro„BERTVS instituit, & persæpe quoad „vixit, humillimè visitauit.

ZELVS.

Regiones & Prouincias cœpit„
perambulare: & prius paucis as-„
sociatus assectis per plateas & com-„
pita semen Verbi Dei cœpit passim„
seminare. Numquam vel à Prædica-„
tione, vel ab Oratione quibuslibet„
occasionibus auulsus est: sed stre-„
nuitati totus deditus finitimas &„
longinquas circumcursabat regio-„
nes. Redolebat in eo odor diuinæ„
facundiæ, nec erat sermo illius„
sterilis, nec otiosus, quem com-„
mendabat laudabilis & verborum &„
operum comitatus; quod prædica-„
bat, complebat operibus. Seruos &„
Ancillas Dei plusquam ad duo mil-„
lia congregauit, & per cellas & re-„
giones tanta Christianorum agmina„
collocauit. „

ORATIO.

AD Eremum, de qua suprà, non secessit, nisi vt liberiùs Deo vesceretur. Sed præterea dicitur frequenter in Oratione pernoctasse, nec vnquam vel à Prædicatione, vel ab Oratione quibuslibet occasionibus auulsus.

ROBERTVM COMMENDANT SVMMI PONTIFICES.

PASCHALIS *Secundus Bullâ ad Lateranum datâ 7. Calend. Maij anno 1105.*

„ Venerabilis siquidem Frater noster
„ Petrus Pictauensis Episcopus audien-

tiæ

tiæ noſtræ ſuggeſſit Robertvm,„
Preſbyterum, magnæ Religionis vi-„
rum, &c.

Calixtvs *Secundus Bulla Turonibus data ad Maius Monaſterium anno 1119. vocat eum*, Bonæ Memoriæ,„
Venerabilis Memoriæ. „

Lvcivs *Secundus Bulla data anno 1144.* Sicut à„
diſcretione bonæ memoriæ Rober-„
ti de Arbrissello, ſpectatæ„
Religionis Preſbytero, &c. „

COMMENDANT ARCHIEPISCOPI, ET EPISCOPI.

Leodegarivs *Archiepiſcopus Bituricenſis, vene-*

rabilis Serui Dei reliquias in ſua Diœceſi, in qua obierat, retinere cùm non poſſet integras; ne tanto theſauro Bituricenſis Diœceſis penitus orbaretur, ſaltem cor tandem obtinuit à PETRONILLA *primâ Abbatiſſa quæ præſens aderat: ipſéque defuncti corpus proſecutus uſque ad Majus Monaſterium Fõtis-Ebraldi, in Oratione funebri in eodem Monaſterio habita, Seruum Dei comparat cum antiquis Patriarchis; tùm eum vocat*
„Claudorum baculum, orphanorum
„Patrem, oculum cæcorum, conſo-

lationem desolatorum, Sponsum sanctarum Viduarum, Paranymphum Virginum, Azylum miserorum, vitiorum extirpatorem, Virtutum promotorem, Concordiam animorum odio dissidentium, Conciliatorem pacis inter inimicos.

Hoc postremum mirabile fuit in B. ROBERTO, *vt quisque proprium donum habet à Deo, qui diuidit singulis prout vult.*

BALDRICVS, *Episcopus Dolensis vitam* ROBERTI *scripsit vt iam diximus. Ex eo nonnullas serui Dei Virtutes retulimus, nunc titulos aliquot quibus eum insignit, recenseo.*

„ Rogo quo ausu temerario, quo „ore hiulco ROBERTVM, Virum San- „ctum & Iustum nominabo, multi- „plici superonustus peccato ?

„ Sanctus igitur Spiritus obeditioni „meæ adminiculetur : & Domini Ro- „BERTI mihi sanctitudo suffrage- „tur.

„ Hunc profectò dixerim habita- „culum IESV-CHRISTI, & orga- „num Spiritus Sancti, Responsalem, „& Vicarium Altissimi, ipsius delibu- „tum sermonibus.

„ Dominus ROBERTVS, fons „Prædicationis, fons Religionis, sin- „gularis Seminiuerbius, Doctor illu- „stris, & eximius, verbis & operibus „admirandus. Vir extollendus & „imitandus. Passim eum vocat BEA- „TVM.

B. PETRVS *hoc nomine se- cundus Pictauensis Episcopus.*

Vir, *inquit*, Apostolicus, nomine„ ROBERTVS DE ARBRISSELLO,„ verbo diuinæ Prædicationis sagaciter„ inuigilans, & tonitruo sanctæ exhor-„ tationis plures tàm viros, quàm mu-„ lieres à sæculari luxu reuocans, in„ nostra Diœcesi Ecclesiam quandã in„ honore sanctæ MARIÆ Virginis fũda-„ uit in loco qui Fons-Ebraldi vocatur.„

Hic B. Episcopus B. Patris ROBERTI *sanctitatem mira veneratione colebat, voluítque in maiori Monasterio vbi requieſcit sacrum corpus huius venerabilis fundatoris sepeliri; sicut & Archiepiscopus Leodegarius Vrsani, vbi sanctum cor B. P.* ROBERTI *magna populorum*

veneratione colitur.

COMMENDANT ABBATES.

PETRVS *venerabilis Abbas Cluniacenſis lib. 2. Epiſt. 17. loquens de Matre ſua;* Producta eſt, *inquit*, eò „vſque talis intentio; nec à cœpto „curſu potuit fatigari, donec famoſo „illi ROBERTO DE BRVSSELLO „ad ſe venienti, & ſecum aliquandiu „moranti impulſa violento æſtu animi „ſe in Monacham ignorante viro red„deret.

Abbates qui à B. ROBERTO *vocati ſunt, cùm de primæ Abbatiſſæ Electione actum eſt.*

„Tuum, CARISSIME PATER, „ſuper hâc re potius tenendum eſt

consilium, præsertim cùm pro certo,„ sciamus, inter cæteros nostræ ætatis,„ mortales tuum vigere consilium : te,„ enim donauit Deus mundo consilia-„ torem animarum.

COMMENDAT ORDO.

MARTYROLOGIVM *Ordinis Fontis-Ebraldi in die fœlicißimi eius obitus ita habet.*

Eodem die in Biturică patriâ, apud„ Vrsanum, præclara dormitio Reue-„ rendi Domini ROBERTI DE AR-„ BRISSEL, Doctoris Theologi, ve-„ nerabilis Presbyteri, ac chariſſimi„ Patris nostri, qui vir fuit Christianis-„ simus, Sanctæ Ecclesiæ Lucifer splen-„ didus, & in sanctâ Prædicatione alter„ quodammodò Paulus. Redonensis„

„Diœceſis, Prouinciæ Britannicæ fuit
„oriundus ; fontéque cœleſtis doctri-
„næ funditùs repletus, & in Religione
„probabiliter fundatus, à primo lapide
„auctor, Fontis-Ebraldi Baſilicam,
„eiuſdemq; Baſilicæ quamplures Cel-
„las fundauit, ædificauit, multiplica-
„uítque, & in ejſdem locis, Deo in-
„ſpirante, viros ac mulieres ad ſer-
„uiendum Deo omnipotenti fideliter
„coadunauit ; quos etiam dum adhuc
„viueret, & Sanctorum Patrum exem-
„plis, & regulis, omníque ſana do-
„ctrina, verbo & exemplo ad plenum
„informauit. Hic fortis athleta, ver-
„bi Domini fideliſſimus diſpenſator,
„dum ex more ſuo ad exteras natio-
„nes prædicationis ſanctæ gratiâ pro-
„cederet, apud prædictum locum,
„quem ipſe Deo fauente ædificauerat,
„qui Vrſanus dicitur, & à Biturícâ
„Ciuitate duodeviginti milliaribus,
„hoc eſt duodecim leucis, diſiungitur,
vocante

vocante Deo, senex & plenus die-„
rum, viam vniuersæ carnis ingressus„
est, cœlo gaudente, terrâ plorante,„
glorioso fine quiescens, corpus terræ,„
spiritúmque polo reddidit, Anno ab„
Incarnatione Domini millesimo cen-„
tesimo decimo septimo. „

Habet & in priscis Litaniarum supplicationibus Ecclesiasticus Ordinis ritus hanc B. P. Roberti, *post S.* Benedicti *invocationem*, Sancte Roberte, Magister Bone, Ora pro nobis. *Et verò hactenus fons ille, qui antiquitus Fons-Ebraldi vocabatur, in honorem Beati* Roberti *qui ex eo fonte bibit, & in valle in*

quâ scaturit, Monasterium Ordinis Caput instituit, non aliter quàm FONS SANCTI ROBERTI *appellatur: adeò hæc* SANCTI *Appellatio Seruo Dei adhæsit, vt communi populorum ore celebretur.*

Denique Ordo ipse, quantus quantus est, Sanctissimis Legibus à B. ROBERTO *institutus, à 49. Summis Pontificibus qui à Paschali II. vsque ad S. D. N. Innocentium X. Pontificiam tenuere Sedem, approbatus, Beati parentis corona est, ac gloria: nec eget* ROBERTVS

commendatitijs literis stylo exaratis. Ipse enim Ordo Epistola eius est, atque amplissima Panegyris.

Ordinis verò pietatem valde commendant Summi Pontifices.

Calixtvs *Secundus loquens de Maiori Monasterio Bullâ datâ anno 1119.* Vbi Monastici Ordinis disciplinam „ vigere per misericordiam Dei co- „ gnoscentes. *Et in alia Bulla* „ Apud B. Mariæ de Fonte-Ebraldi „ Monasterium Monasticæ Religionis „ disciplina, sicut ipsi præsentes per- „ speximus, per omnipotentis Dei Gra- „ tiam perseuerat; vnde viri religiosi „ & Dominum timentes qui circa „

„ipſum ſunt, locum ipſum diligunt.

GELASIVS *Secundus.*

„Vbi per omnipotentis Dei gratiam „ex longo iam tempore maxima Re„ligionis obſeruantia cuſtodita eſt.

INNOCENTIVS *Secundus.*

„Quàm ſpectata & famoſa ſit Religio „Monaſterij Fontis-Ebraldi, quan„túmque ex eâ bonum, ipſius gratiâ „cooperante proueniat, &c.

LVCIVS *Secundus.* Quo„niam de vobis valde confidimus, *(loquitur Sanctimonialibus Maioris Monaſterij)* Carita„tem veſtram per Omnipotentem Do„minum deprecamur, vt ipſæ ſpecia„les pro me ad Dominum orationes „faciatis, & per omnes Congregatio„nes veſtri Ordinis fieri ſtudeatis.

COMMENDANT HISTORICI VARIIQVE SCRIPTORES.

FRATER ANDREAS *vitam B.* ROBERTI *ita exorditur.* Ipſius de quo locuturus ſum, interce-„ dentibus meritis, Spiritus Sancti adſit„ mihi gratia. *Poſtea eum vocat*" Lucernam Eremitarum, virum omni" ore laudabilem, *ac ſimilibus titulis ornat.*

In Cartulario Abbatiæ de Rota fol. 27. ROBERTO DE" ARBRISSEL, viro magnæ authori-" tatis, & infinitæ Religionis, Verbum" Dei per diuerſa loca ſeminante, multi" ad ſuſcipienda grana tanti ſeminis" conuenere.

GAVFRIDVS *Monachus*

author vitæ S. BERNARDI *Pontiuenſis loquens de hoc Sancto*, Exæſtuans, *inquit*, „Amore paupertatis ac ſolitudinis ad „ſecretum Eremi à quo fraudulenta „violentia abſtractus fuerat, redijt, & „mentem ſuam quæ ibi remanſerat, „inuenit: qui Domino ROBERTO „DE ARBRISSELLO, atque VITALI „de Mauritonio, quorum iam ſupe- „rius mentionem fecimus, coniunctus, „Gallicanas regiones nudis pedibus „peragrabant in Villis, Caſtellis, atque „Vrbibus Verbum Dei prædicabant; „homines ab erroribus vitæ ſuæ e- „ruentes, quaſi validi ac robuſtiſſimi „arietes diuinæ potentiæ viribus ad- „acti, infidelitates atque vitiorum mu- „ros impellentes confringebant; corda „hominum ab amore caducarum re- „rum euellebant, mala eorum collo- „quia bonos mores corrumpentia de-

ſtruebant, malorum operum nequi-„
tias diſperdebant, totius iniquitatis„
coadultam congeriem diſſipabant,„
virtutes Deo authore cordibus eorum„
inſerentes plantabant, & plantatas„
exemplo corroborantes, ædificabant;„
& quamuis mortuorum cadauerum„
reſuſciratores non eſſent, quod majus„
eſt, faciebant, id eſt animas in pec-„
catis mortuas viuificabant, & viuifi-„
catas Deo veræ vitæ coniungebant:„
Talia igitur ſigna facientes, quando-„
que ſimul, aliquando verò ſingulatim„
diuerſas Prouincias circuibant, qui-„
bus, machinante Diabolo, tribula-„
tiones non deerant.

Iterum Idem Author cùm loquitur de Concilio Pictauiènſi habito authoritate Paschalis *Secundi in cauſa* Philippi *Francor. Regis;*

„Per id tempus, *inquit*, duo „Cardinales IOANNES atque BE„NEDICTVS Apostolicæ Sedis Legatio„ne fungentes ad Vrbem Pictauim „Concilium conuocarunt in quo „CXL. Patres affuerunt qui PHILIP„PVM Regem Franc. propter Fulconis „Consulis Andegauensis Vxorem, „quam in adulterio tenebat, Anathe„matis vindictâ percusserunt; quâ ex„communicatione compertâ Guillel„mus Dux Aquitanorum, qui aderat, „totius pudicitiæ & sanctitatis inimi„cus, timens ne similem vindictam pro „consimilibus culpis pateretur, nimio „furore succensus, iussit omnes illos „deprædari, flagellari, occidi. Quod „ministris suis facere incipientibus, „Pontifices & Abbates omnes huc „illuc diffugiunt: & vt temporalem vi„tam retinerent, tuta latibula quærere „contendunt. At verò BERNARDVS „atque ROBERTVS ARBRESSEL-

LENSIS,

LENSIS, qui Concilio intererant,„ fortissimi iustitiæ propugnatores, ac„ totius iniquitatis ac iniustitiæ oppu-„ gnatores, alijs turpiter diffugientibus,„ ita immobiles constanteſque perſti-„ terunt: vt nec ab incœpto Excommu-„ nicationis desisterent; sed pro CHRIS-„ TO mortem vel contumeliam pati„ glorioſissimum ducerent: & quamuis„ eis persecutores mortem non intule-„ rint, isti quantum in ipsis fuit, Marty-„ rium pertulerunt.

GVILLELMVS *Malmesburiensis l. 5. de Gestis Reg. Angl. postquàm multa dixit de B.* PETRO *II. Pictauiensi Episcopo, subiungit.* Huius PETRI„ fuerunt contemporanei, & in Reli-„ gione Socij ROBERTVS DE AR-„ BRISSEL, & BERNARDVS Abbas„ Tyronẽsis: quorum primus, omnium„

„huius temporis Sermocinatorum fa-
„mosissimus & profusissimus. Tantum
„non spumeâ, sed melleâ viguit Elo-
„quentiâ, vt hominibus certatim opes
„congerentibus illud egregium Sancti-
„monialium Monasterium apud Fontē-
„Ebraldi cōstrueret; in quo totâ sæculi
„voluptate castratâ, fœminarum Deo
„deuotarū quanta nusquam multitudo
„in Dei feruet obsequio. Nam præter
„cæterarum illecebrarum abdicatio-
„nem, quantulum illud est, quòd in
„nullo loco loquantur nisi in Capitulo,
„propositâ à Magistro perennis taci-
„turnitatis Regulâ, quia semel laxato
„silentio fœminæ pronæ sunt ad mus-
„sitandum friuola. Alter famosus &c.

GVILLELMVS *Neuburgensis l. 1. de rebus Angliæ. c. 5.*

„In transmarinis partibus, sicut à ma-
„ioribus accepi, tres memorabiles viri
„vno tempore fuere, scilicet ROBER-

tvs cognominatus de Arbrvs-„
cvlo, Bernardvs, & Vitalis.„
Hi non ignobiliter eruditi, & spiritu„
feruentes circuibant per castella &„
vicos, seminantesque secundùm„
Isaïam super omnes aquas, de con-„
uersione multorum fructus vberes„
colligebant, pio inter se placito con-„
stituto, quòd Robertvs quidem„
fœminarum communi labore ad me-„
liora conuersarum sollicitudinem„
gereret; Bernardvs verò, & Vita-„
lis maribus propensiùs prouiderent.„
Robertvs igitur famosissimum„
illud Monasterium Fœminarum de„
Fonte-Ebraldi construxit, & regula-„
ribus disciplinis informauit. Ber-„
nardvs verò apud Tyrocinium„„
& Vitalis apud Sauiniacum Mo-„
nachis regulariter institutis, suos„
quisque ab alijs per quasdam præ-„
ceptorum proprietates distinxit. Cúm-„
que de his tribus quasi radicibus„

quâ scaturit, Monasterium Ordinis Caput instituit, non aliter quàm FONS SANCTI ROBERTI *appellatur: adeò hæc* SANCTI *Appellatio Seruo Dei adhæsit, vt communi populorum ore celebretur.*

Denique Ordo ipse, quantus quantus est, Sanctissimis Legibus à B. ROBERTO *institutus, à 49. Summis Pontificibus qui à Paschali II. vsque ad S. D. N. Innocentium X. Pontificiam tenuere Sedem, approbatus, Beati parentis corona est, ac gloria: nec eget* ROBERTVS

commendatitijs literis stylo exaratis. Ipse enim Ordo Epistola eius est, atque amplissima Panegyris.

Ordinis verò pietatem valde commendant Summi Pontifices.

Calixtvs *Secundus loquens de Maiori Monasterio Bullâ datâ anno 1119.* Vbi Monastici Ordinis disciplinam „ vigere per misericordiam Dei co- „ gnoscentes. *Et in alia Bulla* „ Apud B. Mariæ de Fonte-Ebraldi „ Monasterium Monasticæ Religionis „ disciplina, sicut ipsi præsentes per- „ speximus, per omnipotentis Dei Gra- „ tiam perseuerat; vnde viri religiosi „ & Dominum timentes qui circa „

„ipſum ſunt, locum ipſum diligunt.

GELASIVS *Secundus.*

„Vbi per omnipotentis Dei gratiam „ex longo iam tempore maxima Re„ligionis obſeruantia cuſtodita eſt.

INNOCENTIVS *Secundus.*

„Quàm ſpectata & famoſa ſit Religio „Monaſterij Fontis-Ebraldi, quan„túmque ex eâ bonum, ipſius gratiâ „cooperante proueniat, &c.

LVCIVS *Secundus.* Quo„niam de vobis valde confidimus, *(loquitur Sanctimonialibus Maioris Monaſterij)* Carita„tem veſtram per Omnipotentem Do„minum deprecamur, vt ipſæ ſpecia„les pro me ad Dominum orationes „faciatis, & per omnes Congregatio„nes veſtri Ordinis fieri ſtudeatis.

COMMENDANT HISTORICI VARIIQVE SCRIPTORES.

Frater Andreas *vitam B.* Roberti *ita exorditur.* Ipsius de quo locuturus sum, interce-„ dentibus meritis, Spiritus Sancti adsit„ mihi gratia. *Postea eum vocat*" Lucernam Eremitarum, virum omni" ore laudabilem, *ac similibus titulis ornat.*

In Cartulario Abbatiæ de Rota fol. 27. Roberto de" Arbrissel, viro magnæ authori-" tatis, & infinitæ Religionis, Verbum" Dei per diuersa loca seminante, multi" ad suscipienda grana tanti seminis" conuenere.

Gavfridvs *Monachus*

author vitæ S. BERNARDI *Pontiuenſis loquens de hoc Sancto*, Exæſtuans, *inquit*, „Amore paupertatis ac ſolitudinis ad „ſecretum Eremi à quo fraudulenta „violentia abſtractus fuerat, rediit, & „mentem ſuam quæ ibi remanſerat, „inuenit: qui Domino ROBERTO „DE ARBRISSELLO, atque VITALI „de Mauritonio, quorum iam ſupe„rius mentionem fecimus, coniunctus, „Gallicanas regiones nudis pedibus „peragrabant in Villis, Caſtellis, atque „Vrbibus Verbum Dei prædicabant; „homines ab erroribus vitæ ſuæ e„ruentes, quaſi validi ac robuſtiſſimi „arietes diuinæ potentiæ viribus ad„acti, infidelitates atque vitiorum mu„ros impellentes confringebant; corda „hominum ab amore caducarum re„rum euellebant, mala eorum collo„quia bonos mores corrumpentia de-

ſtruebant, malorum operum nequi-„
tias diſperdebant, totius iniquitatis„
coadultam congeriem diſſipabant,„
virtutes Deo authore cordibus eorum„
inſerentes plantabant, & plantatas„
exemplo corroborantes, ædificabant;„
& quamuis mortuorum cadauerum„
reſuſcitatores non eſſent, quod majus„
eſt, faciebant, id eſt animas in pec-„
catis mortuas viuificabant, & viuifi-„
catas Deo veræ vitæ coniungebant:„
Talia igitur ſigna facientes, quando-„
que ſimul, aliquando verò ſingulatim„
diuerſas Prouincias circuibant, qui-„
bus, machinante Diabolo, tribula-„
tiones non deerant.

Iterum Idem Author cùm loquitur de Concilio Pictauiènſi habito authoritate Paschalis *Secundi in cauſa* Philippi *Francor. Regis;*

„Per id tempus, *inquit*, duo „Cardinales IOANNES atque BE„NEDICTVS Apostolicæ Sedis Legatio„ne fungentes ad Vrbem Pictauim „Concilium conuocarunt in quo „CXL. Patres affuerunt qui PHILIP„PVM Regem Franc. propter Fulconis „Consulis Andegauensis Vxorem, „quam in adulterio tenebat, Anathe„matis vindictâ percusserunt; quâ ex„communicatione compertâ Guillel„mus Dux Aquitanorum, qui aderat, „totius pudicitiæ & sanctitatis inimi„cus, timens ne similem vindictam pro „consimilibus culpis pateretur, nimio „furore succensus, iussit omnes illos „deprædari, flagellari, occidi. Quod „ministris suis facere incipientibus, „Pontifices & Abbates omnes huc „illuc diffugiunt: & vt temporalem vi„tam retinerent, tuta latibula quærere „contendunt. At verò BERNARDVS „atque ROBERTVS ARBRESSELLENSIS,

LENSIS, qui Concilio intererant,„ fortissimi iustitiæ propugnatores, ac„ totius iniquitatis ac iniustitiæ oppu-„ gnatores, alijs turpiter diffugientibus,„ ita immobiles constanteſque perſti-„ terunt: vt nec ab incœpto Excommu-„ nicationis desisterent; sed pro CHRIS-„ TO mortem vel contumeliam pati„ glorioſissimum ducerent: & quamuis„ eis persecutores mortem non intule-„ rint, isti quantum in ipsis fuit, Marty-„ rium pertulerunt.

GVILLELMVS *Malmesburiensis l. 5. de Gestis Reg. Angl. postquàm multa dixit de B.* PETRO *II. Pictauiensi Episcopo, subiungit.* Huius PETRI„ fuerunt contemporanei, & in Reli-„ gione Socij ROBERTVS DE AR-„ BRISSEL, & BERNARDVS Abbas„ Tyronẽsis: quorum primus, omnium„

„huius temporis Sermocinatorum fa-
„mosissimus & profusissimus. Tantum
„non spumeâ, sed melleâ viguit Elo-
„quentiâ, vt hominibus certatim opes
„congerentibus illud egregium Sancti-
„monialium Monasterium apud Fontē-
„Ebraldi cōstrueret; in quo totâ sæculi
„voluptate castratâ, fœminarum Deo
„deuotarū quanta nusquam multitudo
„in Dei feruet obsequio. Nam præter
„cæterarum illecebrarum abdicatio-
„nem, quantulum illud est, quòd in
„nullo loco loquantur nisi in Capitulo,
„propositâ à Magistro perennis taci-
„turnitatis Regulâ, quia semel laxato
„silentio fœminæ pronæ sunt ad mus-
„sitandum friuola. Alter famosus &c.

GVILLELMVS *Neuburgensis l. 1. de rebus Angliæ. c. 5.*

„In transmarinis partibus, sicut à ma-
„ioribus accepi, tres memorabiles viri
„vno tempore fuere, scilicet ROBER-

tvs cognominatus de Arbrvs-„
cvlo, Bernardvs, & Vitalis.„
Hi non ignobiliter eruditi, & ſpiritu„
feruentes circuibant per caſtella &„
vicos, ſeminanteſque ſecundùm„
Iſaïam ſuper omnes aquas, de con-„
uerſione multorum fructus vberes„
colligebant, pio inter ſe placito con-„
ſtituto, quòd Robertvs quidem„
fœminarum communi labore ad me-„
liora conuerſarum ſollicitudinem„
gereret; Bernardvs verò, & Vita-„
lis maribus propenſiùs prouiderent.„
Robertvs igitur famoſiſſimum„
illud Monaſterium Fœminarum de„
Fonte-Ebraldi conſtruxit, & regula-„
ribus diſciplinis informauit. Ber-„
nardvs verò apud Tyrocinium„„
& Vitalis apud Sauiniacum Mo-„
nachis regulariter inſtitutis, ſuos„
quiſque ab alijs per quaſdam præ-„
ceptorum proprietates diſtinxit. Cúm-„
que de his tribus quaſi radicibus„

„Seruorum atque Ancillarum Dei per
„diuersas Prouincias religiosa germi-
„na pullularent, &c.

Eminent. Cardin. BARONIVS *ad an. 1117. vocat eum*
„Virum insignem, eximiæ doctrinæ
„virum, diuinique verbi Concionato-
„rem insignem: sanctisque exhorta-
„tionibus suis multos omnium ge-
„nerum homines ad despiciendam
„sæculi vanitatem, austerioris que
„vitæ leges subeundas permouisse
testatur.

HENRICVS SPONDANVS *Apamiensis Episcopus, Annalium* BARONII *compendiator ad eundem annum,*
„eximiæ doctrinæ, & probitatis virum
nuncupat.

ANTONIVS DE YEPPES,

tomo 7. Historiæ Benedictinæ, hominem Pium *vocat,* & Sanctum.

Andreas dv Savssay, *alter nostri sæculi* Beda, *in Martyrologio Gallicano.* Beatvs Robertvs de Arbrissellis, Sacerdos, Theologus Parisiensis insignis: qui ob præclaras pietatis & doctrinæ dotes reuocatus in patriam, &c. Demúmque in omni sanctitate consummatus, apud Vrsanum Monasterium fœliciter expirauit, signis postea clarificatus diuinis, quibus etiamnum coruscat.

Avgvstinvs dv Pas, *in Genealogia Dominorum de Loheac, refert donationem factam Prioratus Conuen-*

tualis Sancti SALVATORIS *de Loheac in Armorica Monachis Rothonenſibus à VV altero Milite loci illius Domino, in qua quidem donatione* ROBERTVS *vocatur* HOMO SANCTISSIMVS; *ſicut & à Fulcone II. Andegauenſium Comite,* HOMO RELIGIOSISSIMVS; *vt habetur in Chartulario Monaſterij Fontis-Ebraldi.*

MIRACVLA.

BALDRICVS *Epiſcopus Dolenſis, poſt multa de B.* » ROBERTO. Exprimat quis quid

senserit: ego audacter dico ROBERTVM in miraculis copiosum, super Dæmones imperiosum, super terrenos Principes glorioſum. Quis enim nostri temporis tot languidos curauit, tot leprosos mundauit, tot mortuos suscitauit? Qui de terra est, de terra loquitur, & miracula in corporibus admiratur: qui autem spiritualis est, languidos & leprosos, mortuos quoque conualuisse testatur, quando quilibet animabus languidis & leprosis suscitandis consulit, & medetur. Denique, vt omnium pace dixerim; per quem pastorum tot locutus est, tot operatus est Dominus?

Hîc BALDRICVS *de miris peccatorum hominum conuersionibus loquitur, quarum minister factus est B.* ROBERTVS *Prædicator Apostolicus, Gallia*

toties, tantoque zelo, & quidem nudis pedibus peragrata. Andreas Sausſaius in Elogio iam relato de veris Miraculis locutus eſt, cùm dixit,

„ſignis poſtmodum clarificatus diui-
„nis, quibus etiam nunc coruſcat.

De veris etiam Miraculis loquitur Ioannes Rainaldus in l. cui titulus, Lilia Galliæ ſanctæ p. 1. c. 2. Dum de

„ROBERTO *loquitur* Pugnis, &
„victorijs ſuis debitas accepturus co-
„ronas, in cœlum abſceſſit, dum hîc
„triumphat in Miraculis.

Referuntur porrò eius Miracula in hiſt. Ordinis l. 1. c. vlt. & l. 2. c. 15. Quàm multi

verò varijs Morbis liberati, Serui Dei inuocatione, aut aliquo ad eius Sepulchrũ exhibito cultu, vel hausta fõtis aquâ cui nomen à S. Roberto; videre est in Informatione facta An. 1644. Mense Iunio Monasterio Fontis-Ebraldi authoritate Illustriss. & Reuerendiss. Domini Episcopi Pictauensis. Et quoniam iam apud S. Sedem Apostolicam vrgetur eius Canonizatio; pergit Deus mirabilibus signis, Serui sui prodere sanctitatem.

Vrget verò hunc publicum in Ecclesia cultum Seruo Dei

ROBERTO *potißimùm iam à duobus annis Serenißima Majoris Britanniæ Regina, quæ ſæpius ſuper hac re ad S. D. N. ſcripſit, & per Oratorem ſuum Excellentiſſ. Dominum D'Icby anno 1645. Julij 16. vnà cum Informatione iam ſuprà dictâ, ſupplicem libellum obtulit, cuius hîc initium placet referre, vt intelligere quiſque poßit, quâ tandem ratione mota, Cœlitibus debitum honorem* ROBERTO *procurare aggreſſa* „*ſit.* In tanto Majoris Britanniæ tu-
„multu, quo penè iam totum regnum

ſus deque vertitur; adeò vt ſi Parla-„
mentarij rerum potirentur, Sanctiſſi-„
mæ Catholicæ Religionis in priſti-„
num vſum ſplendorémque reſtituen-„
dæ in toto regno, iam in multos an-„
nos præciſa ſpes videretur: remedium„
optimum & præſentiſſimum malo-„
rum leuamen futurum mihi erit, ſi„
inſignis alicuius Serui Dei gratiam„
fauorémque mihi conciliem, hono-„
rem ipſi in terris procurando, quò„
ipſe in cœlis pro fœlici Anglicanarum„
rerum ſucceſſu apud Deum aduoca-„
tus exiſtat. Quare cum omni humi-„
litate ſupplex peto, vt per Sanctita-„
tem Veſtram liceat in Ordine Fon-„
tis-Ebraldi Officium dicere, & cele-„
brare Miſſam de V. P. Roberto„
eiuſdem Ordinis Fundatore; qui fuit„
olim acceptiſſimus, atque adeò Con-„
ſiliarius Fulcónis Iunioris Comitis„
Andegauiæ, Turoniæ, & Cœnoma-„
niæ, poſtea Regis Hieroſolymitani„

„vnius ex progenitoribus Sereniſſimi
„Regis Maioris Britanniæ Sponſi mei,
„cuius etiam Anteceſſores alij Henri-
„cus II. Richardus I. Angliæ Reges,
„ac nonnullæ Reginæ Anglicanæ,
„Eleonora, Elizabetha, multæq;
„Principiſſæ in eodem Templo in quo
„Vener. Serui Dei reliquiæ iacent,
„ſepeliri ſummâ pietate exoptarunt;
„Ordinemq; ab eo fundatum per va-
„rias Anglicani Regni Prouincias pro-
„pagarunt.

Vrget etiam Excellentiſſ. & Reuerendiſſima Domina IOANNA BAPTISTA A BORBONIO, *Abbatiſſa Majoris Monaſterij, & Caput totius Ordinis Fontis-Ebraldi. Vrget Ordo vniuerſus cum Condatenſi Beati* MARTINI, *aliiſque*

adjacentibus Canonicorum Capitulis ; vt eundem Robertvm *Sancti nomine constanter hactenus insignitum , vt pote vitæ sanctitate & magnis in Sanctam Ecclesiam meritis celeberrimum , Apostolicâ Eloquentiâ , & Constantiâ præfulgentem , Sanctæ Romanæ Sedi addictissimum , & Apostolicæ Authoritatis retinentissimum , perpetuum hæreticorum Malleum , Martyrij auidissimum , & Pietatis causâ ab impijs quàm plurima perpessum ; Summorum Pontificum , Antistitum , cla-*

rorúmque Scriptorum commendatione nobilem, Iustitiæ omnis & Sanctitatis Propugnatorem inuictißimum, tot Sanctorum Parentem, tot hominum vtriusque sexus millia DEO lucratum, omnium cujusque generis Miserorum Asylum certißimum; cujus Sanctitatem Cœlum crebris Miraculis loquitur, Terra quotidianis Precibus, Votis, ac Donarijs testatur; Sanctißimi quoque Patris ac Domini Nostri INNOCENTII *Papæ X. nutu atque authoritate liceat colere vt* BEATVM.

FINIS.

VITA BEATI
ROBERTI
ARBRESSELLENSIS,
INSTITVTORIS ORDINIS
FONTIS-EBRALDI.

Interprete P. Ioan. Bp
Chevalier LA VIE Soc. Jesu.

DV BIEN-HEVREVX
ROBERT
D'ARBRISSEL,
INSTITVTEVR
DE L'ORDRE DE
FONT-EVRAVLD.

VITA BEATI
ROBERTI
ARBRESSELLENSIS,
INSTITVTORIS ORDINIS
FONTIS-EBRALDI.

Iam ante quingentos annos conscripta,

AB ILLVSTRISSIMO,
ET REVERENDISSIMO DOMINO
BALDRICO
ARCHIEPISCOPO DOLENSI.

BALDRICVS, Dei gratiâ Dolensium Sacerdos, licèt indignus.

LA VIE
DV BIEN-HEVREVX
ROBERT
D'ARBRISSEL,
INSTITVTEVR DE L'ORDRE
DE FONT-EVRAVLD.
Composée il y a plus de cinq cens ans,
PAR MONSEIGNEVR
L'ILLVSTRISSIME, ET REVERENDISSIME
BALDRIC
ARCHEVESQVE DE DOL.

BALDRIC, par la grace de Dieu Archeueſque indigne de Dol. A la VENERABLE SERVANTE de IESVS-CHRIST,

ANCILLÆ *CHRISTI* PETRONILLÆ VENERABILI, *Monaſterij Fonteuraldenſis Abbatiſſæ, omnibúſque eiuſdem Cœnobij Sanctimonialibus ſub eius regimine;* SALVTEM.

Nequaquam ſine te; immò ad erudiendum te, quæ ſponſa Dei es, huiuſmodi dictum opinor: Pſ. 44. Audi filia, & vide, &c. *Audijſti ſiquidem, & re verâ audijſti vocem illius annunciantis:* Egre- Gen. dere de terrâ, & de cognatione 12. tuâ.

Egreſſa es de quibuſlibet penatibus tuis; lares paternos aufugiſti; ſeductorias carnis illecebras, quæ tibi blandiebantur, abhor-

PETRONILLE Abbesse de Fõt-eurauld; & à toutes ses Religieuses; SALVT.

A mon aduis, ce n'a pas esté sans penser à vous, Chere Espouse de Dieu; mais c'estoit, comme ie crois, pour vostre instruction, que cette parole a esté proferée: *Escoutez ma fille, & voyez: oubliez vostre peuple, & la maison de vostre pere.* En effet, vous auez recuëilly fauorablement ce conseil: & auez obëy fidélement à la voix interieure qui vous attiroit puissamment, & vous disoit au cœur: *Sortez de vostre pays, & abandõnez vos parens.*

Les delices que vous presentoit vostre maison, quelque grande & opulente qu'elle fût, n'ont pas esté capables de vous retenir. Vous vous estes enfuïe genereusement des bras de vos proches: & aiant horreur des charmes trompeurs de la chair & du sang, qui par mille caresses taschoient de vous arrester, & tentoient vostre

ruiſti : & ad Fontem-Euraldi veniſti ; vbi fontem vberem, fontem prædicationis, fontem Religionis inueniſti, & hauſiſti : Dominum videlicet ROBERTVM, *noſtris temporibus ſingularem Seminiverbum, Doctorem illuſtrem, & eximium ; verbis, & operibus admirandum ; virum extollendum, & imitandum.*

Hîc aliquando Sorores inter demorata, & in ſanctâ conuerſatione erudita, populum tuum, & domum patris tui oblita ; præuio Spiritu ſancto, Domino cooperante ROBERTO, *in Abbatiſſam promota es : quamuis thalamorum inquietudini priùs deſerviſſes.*

conſtance ; vous eſtes heureuſement arriuée à Font-Eurauld : où vous auez fait rencontre, & auez beu des eaux ſalutaires d'vne ſource feconde de predication, & d'vne fontaine ineſpuiſable de Religion. Ie parle de ce grand ROBERT, qui a eſté de nos iours vn Predicateur extraordinairement puiſſant, vn illuſtre & incomparable Docteur, autant admirable pour ſes actions heroïques, que pour ſes eloquens diſcours ; & qui doit eſtre également l'objet de nos loüanges, & de nos imitations.

Eleuée d'vne ſi bonne main, vous parûtes bien toſt ſçauante aux exercices de la vie Religieuſe : d'où vient que noſtre excellent Maiſtre de la ſainteté, ſuiuant les mouuemens du Saint Eſprit qui l'animoit, ietta les yeux deſſus vous pour vous créer Abbeſſe ; bienque vous euſſiez paſſé par les inquietudes du mariage : d'au-

Sanctæ ſiquidem Eccleſiæ neceſsitas, & vtilitas inſtitutiones humanas, nec immeritò, frequenter obnubilant.

Inaltauit igitur Deus in ſolium excelſum Te: & genti ſuæ, Paſchali Papâ collaudante præfecit Te. Tali nempe gens illa, gens mendica, gens pupilla, indigebat matre. Tali, inquam, mulieres, acceptâ pro Deo dumtaxat paupertate, ſuſtentandæ erant procuratrice.

Tu autem bene feceris, ſi te totam in earum procurationem extenderis; ſi te oneri ſuſcepto, tamquam iumentum immolaueris; ſi Te, velut omnium infimam autumaueris.

tantque la neceſſité & l'vtilité de la Sainte Egliſe ſont ſouuent plus conſiderables, que certaines ordonnances des hommes.

C'eſt donc Dieu qui vous a placée dans ce haut thrône, & qui auecque la benediction & approbation du Pape Paſchal vous a dõné charge de ſa maiſon. Et certes ce grand nombre de ſes enfans indigens & pupilles, auoit beſoin d'vne telle Mere. Ces ſaintes Dames qui ont abandonné tous leurs biens pour le ſuiure, & qu'il a priſes pour Eſpouſes ſur le dot vnique de la pauureté; exigeoient de ſa bonté & de ſa fidelité vne ſi braue Gouuernante.

Auſſi vous ne ſçauriez entreprendre rien de plus excellent, que de vous appliquer entierement à leur faire du bien par toutes les voies poſſibles: & de vous immoler comme vne victime, à cette charge, vous eſtimant la derniere de toutes.

Prædictus ſiquidem ROBERTVS *viam Patrum noſtrorum ingreſſus eſt: & , vt creditur, exutâ mortalitate , immortalitatis ſtolam à Deo laureatus , adeptus eſt.*

Quid autem in huius recordatione potißimum ſit ; flere , an gaudere ; difficulter diſcerni poteſt: cùm flere pro abſentiâ chariſſimi noſtri , nos cogat humanitas: & quia pro nobis interceſſurus ad aulam Dei noſtri euolauit ROBERTVS *noſter , nos gaudere iubeat ſecuritas. Quia verò nondum alterum horum præcipuè faciendum nouimus : ad vtrumque interim nos extendamus , & in vtroque ad hoc vſque nos exerceamus , donec de lachrymarum*

Par ce moien vous les consolerez de l'absence de leur bon Pere, qui, comme châcun croit, à la sortie de ce corps mortel, est allé receuoir de la main de Dieu, les couronnes immortelles deües à ses grands & importans seruices.

Le cher souuenir qui nous reste d'vn si Saint homme, nous oblige, ce semble, également aux larmes & aux ioies : d'autant que à moins d'estre insensibles, la separation du meilleur de nos amis nous doit coûter des pleurs : & d'ailleurs nous sommes doucement violentez à nous resioüir, par la certitude que nous auons qu'il a pris son vol droit au Ciel, pour y conduire à la Cour du Roy des Rois les affaires de nostre salut. Doncques pendant que nos yeux se fondent en larmes pour la perte d'vn si bon Maistre, d'vn si éloquent Do-

conualle pedetentim eruamur. Deſleat igitur, & defluat oculus noſter, quoniam bonus, facunduſque doctor, & amicus Dei à nobis receſſit. Lætetur cor noſtrum, quia ROBERTVS *noſter ab huius mundi cœnulento exilio ad incolatum nobis deſtinatum nos præceſſit.*

Iſtius conuerſationem, quoad interris vixit, quàm longè à communi hominum conuerſatione remota fuit, (Mater chariſſima) paruitati noſtræ deſcribendam præcepiſti, quatenus litterarum tenori mandaretur, quò vtilitati humanæ fragilitatis olim quoquomodò conſuleretur.

Veſtigia ſiquidem patrum ſi ſcripta reperimus, multò libentiùs

ſteur, & d'vn ſi rare amy de Dieu : ſa felicité doit remplir nos cœurs d'allegreſſe ; puiſque abandonnant ce triſte lieu de banniſſement, il nous eſt allé preparer dans la gloire les places qui nous y ſont deſtinées.

Encore qu'il doiue viure delicieuſement dans la memoire de tous les ſiecles : toutesfois de peurque la poſterité ne vint peu à peu à oublier les particularitez de ſon hiſtoire, & tirer moins de fruit des illuſtres exemples de ſa ſainteté ; vous m'auez donné ordre, Ma Tres-chere Mere, de publier, combien ſa belle vie fut éloignée du commun genre de vie des hommes, tout le temps que Dieu le preſta à la terre.

En quoy vous auez iugé ſagement que nous ſommes bien plus viuement animez par la lecture, à imiter les actions heroïques que nous voions eſcrites des Saints Peres que nous

imitamur, quos pro nobis ſupplicantibus interceſſores confidimus. Virgilianum, ſeu Tullianum ſtylum hoc nimirum opus expeteret.

Sarcinam grandem, & grauem imbecillitati noſtræ, Domina PETRONILLA, *impoſuiſti: cùm me & multa mundi fluctiuagi inquietet procella, & maximè minoris Britanniæ, in quâ cum ſcorpionibus habito, beſtialis, geminâque circumuallauerit ferocitas. Denique quomodo coloratam legem ſcribendi tenebit, quem nulla Saluſtianæ ſitulæ ſtilla vmquam rorauit? Rogo, quo auſu temerario? quo ore hiulco* ROBERTVM *virum ſanctum & iuſtum nominabo, multiplici ſu-*

croions auoir pour interceſſeurs deuant Dieu. Mais cét ouurage demanderoit le ſtyle d'vn Virgile, ou d'vn Ciceron.

Et à ne mentir point, Madame, vous auez chargé ma foibleſſe d'vn lourd fardeau, à cette heure meſme que ie ſuis agité de diuerſes tempeſtes du monde, & que la Bretagne, où i'habite auecque des ſcorpions, m'aſſiege auec vne felonnie pluſque brutale. Quelle apparence, PETRONILLE, que celuy-là reuſſiſſe à eſcrire, qui n'a iamais pris Saluſte pour Maiſtre ? M'exempterez vous de temerité, ſi ie veux ſeulement prononcer le nom de ROBERT, de ce Saint homme & accompli en toute ſorte de vertu, moy qui ſuis opprimé du fais de mes pechez ? Ne dois-je pas craindre que la bouche ne me demeure entr'ouuerte ſans pouuoir proferer vne parole, pour puni-

peronuſtus peccato?

Ad vltimum quid dicam? Schedulas mihi quaſdam dediſti quæ propè nihil de Domino ROBERTO *continebant, præterquàm quòd ipſum de Britannis noſtris oriundum referebant: tamen cùm recordor quòd Deus etiam immeritis ſuam præſtat gratiam, mè audiſſe; & bruto animali, aſellæ videlicet, humanæ linguæ officium opificem ſummum ad horam præſtitiſſe, recolo me legiſſe: non ambigo, quin ille qui linguas infantium facit diſertas; illam mihi, non pro meis, ſed pro ſæpe nominandi* ROBERTI *meritis inſpiret facundiam: qui & ſi voluerit per plumbeam fiſtulam*

tion de mon attentat ?

Aprés tout, que puis-je dire, qui ne soit infiniment au dessous de son merite ? Certainement quand i'aurois toute la capacité dont me flattent ceux qui n'ont pas desapprouué quelques ouurages que i'ay donnez au public : ie ne puis vous dissimuler que vous m'auez enuoié des memoires assez peu obligeans vn Historien ; puisqu'ils ne me disoient du BIEN-HEVREVX ROBERT presque rien, que son pays, à sçauoir qu'il estoit Breton. Toutesfois parceque i'ay eû l'honneur de le connoistre tres-particulierement, ie ne doute point que celuy qui donne sa grace sans nul merite, qui rend disertes les langues des enfans, & qui mesmes a fait parler intelligiblement pour vn temps le plus stupide des animaux ; ne m'inspire assez d'eloquence par les merites de son grand seruiteur,

meam, aquam limpidiſsimam ætati ſucceſſuræ profuturam diffundat.

Attentabo igitur, Sorores Sanctiſsimæ, veſtris orationibus, quibus me ſpecialiter commendo, coadiutus, de Magiſtro noſtro, pro quo continuò ſuſpiratis, modicum quid dicere: ſed vereor, ne errabundus viator in via deficiam.

Quo in ſtudio ſiquid bene dixero; dono Dei, quæſo, deputate; ſi ſecus, quod pertimeſco; vel ætati noſtræ decrepitæ, vel manui tremulæ, vel meæ ſocordiæ, ſeu conuerſationi meæ in peccatis inueteratæ tandem imputate. Mementote tamen omnes homines præter vnum, peccatis obnoxios vixiſſe. Valete.

pour inſtruire la poſterité de ſon eminente vertu : de meſme qu'vn canal pour n'eſtre que de plomb, ne laiſſe pas de conduire de l'eau tres-claire.

